

ut faciendum, vel ut res disparata: quomodoenque consideretur, semper debeo magis vitare meum peccatum, quam alienum: ergo.

Prob. mi. Si consideratur peccatum alienum primo modo, non debeo peccatum maioris impedire faciendo minus; repugnat enim me teneri ad faciendum aliquid peccaminosum; alias enim idem esset simul preceptum, ac prohibitum; quare, si runteneor, peccatum impedit per aliquam actionem, illa non potest esse prohibita, consequenter nec peccaminosa: & utique sepe contingere potest, ut actio, que alias sufficer prohibita, fiat permissa in circumstantiis, in quibus potest impediti aliud peccatum. e. g. prohibitus est ludus eo tempore, quo deberem audire sacram die festi: si tamen per ludum, & non eliter, possum impetrare homicidium, certe ludus tunc est licitus: si autem peccatum impedit, vel non tencor, vel non possum, nisi ipse peccem, e. g. blasphemando, vel mentiendo, tunc utique non debeo peccare, sed debeo prius alienum peccatum permittere.

242. Si autem peccatum alienum consideratur secundo modo, sive ut simil committendum, tunc non est tantum peccatum alienum, sed etiam proprium, quod utique debeo detestari. Si vero consideratur tertio modo, sive ut res disparata, ruina charitas, seu amor sui ordinatus, magis excludat peccatum a subiecto proprio, quam ab alio: & plus laborare debeo, ne peccatum meum existat in rerum natura, quam ne existat peccatum alterius; sicut enim ordo charitatis exigit, ut in spiritualibus quicunque magis diligit eipsum, quam alium, ita eriam exigit, ut potius a se ipso, quam ab alio, excludat peccatum; nam charitas, licet respiciat Deum ut objectum, tamen respicit etiam subjectum proprium ut principium placendi Deo, vel offendendi Deum.

Addo ex Arriaga tom. 3. de penit. diff. 9. sec. 5. n. 45. Charitas erga Deum exigit, ut faciamus, quod Deo placet: placet autem Ipsi, immo precipit ipse, ut potius permittamus gravissima peccata aliorum, quam, ut tantum leve peccatum, e. g. leve mendacium, committamus, ut est doctrina SS. Patrum, & doctorum: ergo debemus citius permittere peccata aliena, quam facere propria: adeoque debemus ista magis detestari. Ex quo etiam responderi debet, ac potest ijs, qui volunt, quæstionem hanc aliter esse proponendam; nempe ajunt, non esse querendum, an ad evitandum peccatum proximi possit, vel reneatur quis, ipsemet peccare; nam hoc, ajunt, esse implicitorum in terminis: sed ajunt, querendum esse, an in tali casu e. g. mendacium adhuc sit peccatum; nam, quomodoenque instituitur quæstio, semper responderetur, posse quidem aliquando aliquam actionem alias prohibitam fieri ratione circumstanciarum licitam: at, si ma-

neat adhuc peccaminosa, quamvis minatur in ea ratio peccati, nunquam efficiendam: & tales vel maxime esse eas actiones, qua sunt intrinsecus male, e. g. mendacium, quod semper manet a Deo prohibitum, ac peccaminatum, & Deus mavult, graviores suas injurias permitiri, quam eas per mensuram impediti.

243. Querunt hie aliqui, an potius peccandum sit, quam permittendum, ne Deus solliciter bono intrinsecus, e. g. ful omnisciencia. Suarez tom. 4. in 3. p. diff. 3. sec. 10. n. 11. & Arriaga tom. 3. de penit. sec. 5. n. 47. putant, in eo cau impossibili debere potius peccari; quamvis enim peccatum sit malum naturae rationalis, & malum Dei extrinsecum, tamen putant, id minus esse curandum, quam malum intrinsecum Dei. Gormaz de penit. n.

244. ait, in omni etiam impossibili hypothesis attendendum, an circumstantie tollant rationem peccarti: & si quidem tam tollant, posse actum fieri, secus eum non posse fieri: & si non tollant rationem peccarti, taliter gravis, taliter actum neque posse componi cum actu contritionis. Forte zetem dicent Suarez, & Arriaga, in tali casu, nec Deum, nec naturam rationalem, prohibere, e. g. mendacium, adeoque tunc non esse malum in illo cau impossibili. Sed potest iterum repudere Gormaz, hoc supposito mendacium neque habitur rationem peccati. Quidquid autem de hoc sit, iste hypotheses impossibilis ad prædictum parum faciunt: & monet recte Suarez, abstinendum esse a voluntibus similibus, etiam conditionatis, sub talibus conditionibus impossibilibus; cum possint involvere effectum ad peccatum, & facile imprudenter concipi.

244. Dico 6. Contrito perfecta debet plus detestari peccatum mortale, quam peccatas exteriores inferni. ita S. Thomas in Suppl. q. 3. a. 3. ad 4. & Theologi omnes. Debet autem infernus ut recte monet Angelicus loc. modo cit. hic considerari, ac præcisè infert doloris non, ut conjunctus est cum blasphemis, & aliis peccatis, que damnati committunt. Prob. conclusio. Peccata inferna se considerat, est minus malum, quam peccatum: ergo contrito odi magis istud, quam illam, ant. in primis claret Angelicus loc. modo cit. C. 1. p. q. 45. a. 6. per iterum: dein prob. Deus potest nos illas intendere, ut peccatum mortale corrigit, atque reordinet, ac reparat, quod culpa turbavit, & destruxit: atqui non potest prudenter per maius malum reparare, corriger, vel reordinare minus malum: ergo peccatum est maius malum, quam ille peccatum, prob. medicus, ut sit prudens, praecidit quidem membrum, ut servetur corpus: non autem vicissim destruit corpus, ut servet membrum; est enim ridiculus, quia dolo remedium curandum vellet alicui amputare caput: ergo.

Confirm. 1. Perfectè contritus amat Deum super omnia, etiam supra scipsum: ergo plus odit malum. Dei extrinsecum, seu offen-

offensam Dei gravem, quam ponam illam, seu malum proprium. Confirm. 2. Per hoc differt contrito perfecta ab atritione, ex metu gehennæ concepta, quod hæc non detestatur peccatum supra peccatum inferni; quia auctus non magis odit objectum materiale, quam formale (sicut atritio etiam non excludat alium actum, qui peccatum magis odio habet) ergo contrito debet peccatum detestari etiam supra illas peccatas.

245. Non tamen ideo facienda est comparatio explicita cum peccato, ac peccatis inferni, quando quis vult elicere contritionem: immo ne utiquam ell' fundendum, ne quis conetur clicere actionem, quod diceret: *Malem absolute ingressum infernum, quam peccare;* quia etiam homines, perfectionis fluidosi, posse horrere tantarum peccatarum absterri, & dum volunt peccatum vitare, in peccatum labi; quaremerito S. Bonaventura in 4. diff. 16. p. 1. a. 21. q. 1. in corp. ait, effe stolidiam, hæc, vel timor in condizione ab aliquo quadrare; quia est, ut ait, hoc est, bonum ponere in tentatione. Angelicus suscepit in Suppl. q. 3. a. 1. ad 4. ait: *Scientem etiam quod, quamvis talis debeat esse contriti dispositio, non tamen ad ostendendas est, quia effectus suos bona non defacili mensurare possunt;* & quandoque illud, *quod minus dispergit, videtur magis diffondere;* quia est propter quoniam sententia sensibili, *quod magis est nobis notum.*

Quin imo, neque comparatio facienda est cum peccato, & misericordia, vel peccatis temporalibus: e. g. an quis potius vellet pati extremam inquietudinem, & libertorum cardem, vel carnificis manum, & aut infami flagitate inuri, aut enormous contumelias opprimit, quam peccare; namque tales explicitæ, & particulares comparationes, longe veherientur terreni, quam confusa tantum, & in genere facta, propriez malorum; unde ijs afflendum est, praefertim, si infirmi penitentes; nam multi vere contriti, ingruentibus novis occasionibus, mutant propostum, & labuntur. Sic etiam valde imprudenter, ad explorandum hominis lucubri propostum, cùsque firmaret, in servanda deinceps castitate, mitteretur is ad lupanar: sicut autem lupanar tali homini est occasio proxima peccandi, ita infirmo posset esse ille terror.

ARTICULUS VI.

Solvuntur Objectiones.

246. O B. 1. contra 1. conclusio. Aliquando peccator, nequum penitentes, magis a mat Deum, quam penitentes, & actu contritus: sed ille non amat Deum super omnia: ergo nec ille, prob. ma. peccator sibi simili vult Deo bonum aliquod extrinsecum, e. g. vult ejus existentiam, misericordiam &c. contritus tantum vult Deo honorem extrinsecum: atqui magis amat aliquem, qui vult

ei bonum intrinsecum: ergo. Confirm. Si contrito detestatur peccata super omnia, tunc est actus ex natura sua destrucitivus peccati: led hoc communius negatur: ergo.

Resp. neg. ma. ad prob. neg. ma. Contritus utique amat ipsam bonitatem Divinam ut bonam Deo: & vult utique cametiam existere, que est bonum intrinsecum Dei: estque amor ille longe melior, quam ille peccatoris, otiosus, & sterilis, qui non movet ad facienda omnia, que Deus praecipit lib. comminatione abrumpende amicitia. Ad confir. diff. ma. contrito est actus ex natura sua destrucitivus peccati. come. ma. est actus ex natura sua effective destrucitivus peccati. neg. ma. & sic diff. min. neg. conf. Contritus quidem est affectus, seu volicio, tendens ad destructionem peccati: led non potest hunc effectum ex sua natura, seu intrinseca efficacia, independenter a misericordia promulgatione, & acceptatione Dei, obtinere; unde hunc effectum non habet ex natura sua sola, sed ex promulgatione Divina.

247. Ob. 2. contra 2. conclusionem. Actus intrinsecus naturalis, sed acceptatus a Deo, in ordine ad remittendum peccatum, habet supernaturalitatem, requiritur a Concilio ad actum salutarem: ergo contrito non debet esse intrinsecus supernaturalis. Resp. neg. ant. nam supernaturalis actus salutaris, requiritur a Concilio, debet esse talis, ut ratione ipsius requiratur auxilium supernaturale, Ieu inspiratio Spiritus S. quia non requiritur ad acceptationem Dei. Dein, ut recte arguit Suarez tom. 4. in 3. p. diff. 3. sec. 6. a. 6. vel actus ideo acceptatur a Deo; quia est supernaturalis: & debet præluponari supernaturalitas, adeoque ista aliunde operari: vel dicitur actus supernaturalis, ideo; quia acceptatur: & hoc repugnat Concilio.

Concilia enim volunt, auxilium gratiae requiri, ad efficiendum, & operandum, in ordine ad salutem: certe docent, opus esse gratia, ob imbecillitatem, infirmitatem, impotentiam &c. voluntatis ad actus salutares efficiendos, atque acceptatio Dei non debet a nobis fieri, seu effici: ergo non est opus gratiae ad efficiendos actus salutares. Sed neque potest dici, actum esse supernaturalem, & acceptari a Deo; quia conjugitur cum gratia habituali; nam si cum gratia illa coniungit possunt actus tantum naturales, nec propter haec sunt supernaturales, nec acceptantur a Deo tanquam dispositio ad salutem. 2. Actus ut supernaturalis præluponatur ad justificationem, seu gratiam habitualem: ergo per ipsam non redditur supernaturalis.

248. Ob. 3. Actus eriam intrinsecus naturalis potest fieri per auxilium gratiae: sed talis actus habet totum id, quod Concilia requirunt: ergo non debet esse intrinsecus supernaturalis. Resp. 1. tom. ma. si actus sit distinctus ab actione productiva sui; tunc enim potest esse indifferens, ad hanc vel illam

causam: & eo in casu actio quidem erit supernaturalis, non autem effectus, seu actus per eam productus. Actus autem contritionis probabilis non est distinctus ab actione productiva sui; cum sit actus viralis, & actus vitales essentialem resipiant suam causam, nec ad eam sint indifferentes, adeoque non per actionem modalem distinctam, sed per se ipsum ad suam causam determinantur, ut exphilosophia suppono.

Rep. 2. om. ma. neg. mi. Certe Concilia, & Patres, exigunt graciā ad ipsum actum; quia ipse est supernaturalis, seu supra vires nature, & quia natura est ex se impotens ad illum eliciendum: non autem econverti dicunt, ideo actum esse supernaturale; quia hic, & nunc, per accidens producitur ab aliquo gratia; alias enim gratia non requiriatur per se ad actum ipsum, sed can- tum ad modum producendi illum: quod planè non est conforme menti Conciliorum; cur enim hic modus exigetur, si sine illo possemus producere actum quemque bonum? & cur Concilia dicent, absolute necessaria est gratiam; cum tamen non est absolute necessaria ad eum actum?

Sane Copilium Tridentinum, citatum n. 237. codem modo dicit, non posse nos penitentem, sicut oportet, sine inspiratione Spiritus S. fecit dicit non posse nos credere, aut sperare, vel diligere Deum, sicut oportet: atque actus fidei, spei, & charitatis salutares, sunt intrinsecè supernaturales, (certè, etiam initium fidei salutaris, debet esse intrinsecè supernaturale, ut docent S. Augustinus, & illi Patres, contra Pelagianos) ergo etiam actus penitentie, etiam attritionis, & multò magis contritionis, debet esse intrinsecè supernaturale; adeoque contrito quoque celi debet excharitate supernaturali, vide Suarez loc. cit. v. 247.

249. Ob. 4. contra 2. conclusionem. Ratio detestandi peccata est generica, conueniens univocè unrike contritioni, perfecte, & imperfecte: ergo, si attrito non detestatur omnia peccata, nec super omnia, tunc neque contrito detestatur omnia, aut super omnia: sed attrito non detestatur peccata omnia, nec super omnia: ergo. Rep. dist. ant. ratio detestandi ut sic est generica. conc. ant. ratio detestandi taliter, vel aliter. neg. ant. & cons. dein om. subsumptum. & neg. iterum confit. Etiam ratio sentiendi est generica animali, & tamen unum præ alio perfectius sentit: & quadam animalia non omnes quinque sensus habent. Quare, licet attrito imperfectius detestetur peccata, hoc est, ei detestetur non super omnia, potest tamen eadem super omnia detestari contrito: item, et si attrito non detestetur omnia peccata, tamen posset id facere contrito. Interim tamen falsum est, quod attrito, saltem in casibus in hac providentia per se possibilibus, & quando ipsa ad sacramentum est sufficiens, non detestetur omnia peccata, de quo vide supra n. 116.

250. Ob. 5. Potest quis ex motivo charitatis, seu ex amore Dei, dare elemosynam diutorum obulorum, quin velit dare elemosynam duorum florenorum: potest jejunare uno die, quin velit jejunare duobus: & sic de aliis: ergo potest quis etiam ex amore Dei detestari unum peccatum, quin detestetur alia. Rep. neg. cons. Actus charitatis Theologæ, quae requiritur ad contritionem, debet esse amor Dei super omnia, & juxta leges amicité Divinae ex n. 235. Et at hic ex n. 238. exigit detestacionem cuiuslibet peccati gravis: non vero exigit positionem omnium bonorum operum. Libi ulterius notandum, quod motivum, alias universale, posse ratione aliquius circumstantie supervenientis, movere non universaliter, sive illimitate, seu ad omnia objecta materialia, ad que se extendere posset: sed restricte ad certa tantum objecta materialia.

251. Sic bonitas Dei, qua posset movere illimitate ad omnia, qua Deo placet, consequenter ad omnem etiam maximam elemosynam, vel diuturnum jejunium, movere in positio caso restricto, ad tantam duntaxat elemosynam, vel jejunium; movere enim cum aliqua restrictione, sive ut amanda hoc peculiari exercitu virtutis, & non majori: seu movere complacenta Dei, non universaliter accepta, sed restricta, quam scilicet habet Deus etiam de hac, donec taxata, & non majori elemosyna. Qui modulus agendi, licet illi minus perfectus, quam alter amplior, & universalior (qui ferme tantum Sanctis, aut hominibus valde perfectis, est ordinarius) tamen est honestus, & meritiorius; quia non praecipitur nobis, ut omnia prorū bona faciamus: sed contra- tus est Deus modo operemur juxta leges amicité, faciendo graviter præcepta, & viando peccata.

252. Ob. 6. contra 4. conclusionem. Contrito detestatur quolibet peccatum mortale super omnia: ergo non detestatur unum magis, quam alterum. Confir. 1. Si contrito magis detestatur peccata magis gravia, etiam magis detestatur peccatum originale, quam actuale: hoc non facit: ergo. Confir. 2. Non est ratio, cur non sit fatus ad contritionem, si quis diceret: Detestor omnia peccata codem modo: ergo sufficit. Rep. dist. ant. contrito detestatur quilibet mortale super omnia alia mala, & peccatis distincta. conc. ant. super omnia alia peccata. neg. ant. & cons. imo, cum peccatum, absolute excedens omnia possibilia, probabilis non sit possibile, contrito non potest ullum defacto existens ita detestari.

Ad 1. confit. neg. ma. Peccatum originale non est objectum penitentie, ut dictum n. 76. ergo non venit ad rem. Si tantum petas, quodnam ex his magis dignum sit detestatione, praescindendo a retractatione, Rep. cum Lugone de penit. dis. 5. sec. 5. n. 58. & Arraga tom. 3. de penit. dis. 9. sec. 4. n. 33. mortale proprium actuale quilibet gra-

gravius originali proprio: quia hoc est tantum admissum voluntate aliena, adeoque non est adeo imputabile, nec etiam imputatur ad peccatum ignis: ex quo sequitur, peccatum actuale mortale esse magis detestabile. Si autem comparatio fiat cum peccato veniali, tunc originale, quatenus dicit actum Adam, mortaliter gravem nobis imputabile, est magis detestabile: quatenus autem dicit moraliter perseverantiam, cum haec praecipue tempora non sit mala, et minus detestabile. Sed cum peccatum originale sumi soleat in concreto, similiter dicendum est, istud esse magis detestabile, quam peccatum veniale. ita Hugo sec. cit. n. 59.

Ad 2. confir. neg. ant. Ideo non est fatus, tantum dicere: Detestor omnia peccata codem modo: quia hic actus non videtur esse convenienter adiunctus legibus; haec enim requiriunt, ut gravius malum amici magis detestemur: & alias in causa perpetuitatis posset quis eque eligere, quod putat esse magis, quam quod putat esse minus peccatum: cum tamen juxta omnes, si talis eligenter magis peccatum præ minori, certo peccaret: ergo debet contritus virtualiter ita esse paratus, ut magis peccatum magis detestetur, quam minus.

253. Ob. 7. Aliquando viri docti, & pii, dicunt: Mille omnia non esse Christianus, quam Lutheranus: sed levius est, ead Lutheranus, quam omnia non esse Christianus: ergo non detestantur magis graviora peccata. Rep. cum Lugone de penit. dis. 5. sec. 4. n. 47. dicit, ma. & illi viri loquuntur cum aliqua præcisione, vel subintellæcta talita conditione. conc. ma. loquuntur absolute. neg. ma. & conc. mi. neg. cons. Senius talium locutionum tantum est conditionatus, quia dicerent tales viri, quod, si vellet tantum attendere ad consequentiam doctrinae, vel ad propriam commoditatrem, tunc malent esse omnino non Christiani, quam Lutherani, qui laborant maxima doctrina inconsequitur; hec enim viri tales prorū absolute loquerentur, graviter peccarent; cum ex duabus malis eligenter gravius, quod est peccatum nostrum, & longe ab ipsi remotum.

254. Ob. 8. contra 5. conclusionem. Si licet, se exponere periculo peccati venialis, ad impedientem peccatum grave proximi, tunc licet etiam committere peccatum veniale, ad impedientia aliena mortalia; sed prius est verum: ergo & posterius. Jam sic. Si licet committere peccatum veniale proprium, ad impedientia aliena mortalia, licet etiam, ad impedientia mortalia aliena gravissima, committere aliquod mortale proprium, sed longe minus: ergo. Confir. Si rex iniusto colapho posset liberari a morte per famulum: e. g. si propterea judicaret homo vilis, & absconderetur ab hostibus, tunc ei abique irreverentia infligetur aliapa: ergo etiam, si Deus per peccatum minus posset liberari quasi a morte, quam si suo modo inferunt peccata morta-

lia, etiam non regre ferret, si quis peccatum minus committeret.

Rep. neg. ma. Si Deus prohiberet universaliter, te exponere periculo venialis peccati, etiam ad impedienda graviora peccatum proximorum, quis animarum curam suscipiet? quis officia faciat, & profana reipublicæ, administrare vellet? cum ita soleant esse occasio plurium venialium peccatorum, fatem in hominibus non valde perfectis. Accedit, quod evitare occasions etiam proximas peccatorum venialium sapienter sic mortaliter impossibile; unde Deus, latenter universaliter, non prohibet, se exponere taliter periculo (de qua re vide n. 315.) prohibet autem feiner, & abscondit, ne committamus peccata, etiam tantum venialia. Ad confirm. neg. cons. Rex in eo causa non prohiberet id factam: Deus autem prohibet, & potius vult permitiri, graviores libi ab aliis injurias inferri, quia a nobis ipsi aliquas minores fieri, ut probaram est n. 242.

255. Ob. 9. contra 6. conclusionem. Peccata inferni privat nos irreparabiliter omni bono: non ita nos privat culpa gravis: ergo pena inferni est malum magis detestabile. Confir. Peccata inferni tollit omnes virtutes, omnia media, ipsaunque peccatum fati, ac potentiam omninem ad bene operandum: peccatum grave non tollit illa; relinquit enim fidem, & spem, ac potentiam se convertermi ad Deum: ergo. Rep. neg. cons. Ex hoc tantum sequitur, quod pena illa sit magis recipi nobis, non autem, quod finitam iniuriam Deo: in quo tamen statratio impliuerit mali, in genere supremo malum; cum in altero tantum sit ratio mali secundum quid, prout malum secundum quid significat, non esse malum in supremo genere, seu in ratione culpe.

Ideam responderetur ad confirmationem: cum autem contritio non detestetur culpam ut malam nobis, sed ut madam Deo; hinc eam detestatur supra peccatum. Adire, quod etiam pena non reddat nos, in dicto tenui similitudine males, sed tantum secundum quid: culpa autem nos reddat simpliciter malos, ex S. Dionysio de Diversis nominibus c. 4. post medium dicente: Non est malum puniri, sed fieri pena dignum: vel, ut habet versio, qua ego ulus sum: Non puniri est insolum, sed dignum esse supplicio. Accedit, quod, licet culpa nos non priveretur maliter bonis, quibus nos privat pena, privo nos tamen illi radicaliter, seu demeritum. Quod autem pollimus adhuc converti, non habetur a culpa, quia Deo statim trahit jus puniendi: sed a misericordia Dei, benignè expectantis penitentiam. Neque lohaler culpa (ut quidam dicunt) sicut tenebra, & pena sicut cæcitas, quia est pejor; nam tenebra non sunt radix cæcitatibus.

256. Ob. 10. Culpa sapientia est occasio boni etiam peccanti, quin imo Deus sapientia permitit culpam, ut majora bona inde cliciat: non ita se habet pena, saltem respectu punti: ergo. Rep. iterum neg. cons. quia

ex hoc tantum infertur, culpam esse minus malum secundum quid. Dein culpa non est occasio data boni, i.e., quae per se conduplicat ad effectum bonum: sed tantum est occasio accepta, quam scilicet benignitas infinita Dei sponte, & gratitudo, acceptat, ad faciendum bonum. Quare, sicut Deus tamen est summum bonum, licet sit occasio per accidentem, i.e., accepta, gravium scelerum, e.g., blasphemiarum, ita peccatum non cessat esse summum malum, licet sit occasio per accidentem boni, quod infinita bonitas Dei, ejus occasione facit: vel etiam aliquando homo, qui considerando malitiam peccati moverunt ad ejusodium bonum, & consequenter ad amorem bonum opposita virtutis. Econtra poena est taliter alius occasio data boni, seu per se intenta, ad absterrendos alios a malo, & permovendos ad bonum.

257. Ob. 11. Gloria Sanctorum est major, quam sint coram merita: ergo etiam poena damnatorum est major, quam sint eorum demerita, seu peccata: ergo peccata non sunt supra poenas deterritivae. Confir. Peccata intentatur a Deo, ad absterrendum a peccato: sed non debet adhiberi minus malum ad absterrendum a majori: ergo poena est major malum, quam peccatum. Resp. cum Suarez tom. 4. in 3. p. disp. 3. sec. 9. n. 5. Josepho Mayr de contritione. q. 4. n. 30. & aliis, id scilicet per se, & extra causum errorum conscientiae, vel extra causum perplexitatis (de quo n. 119.) non posse fieri. Ratio est 1. quia per se loquendo illa perplexio non potest apparere medium urile, ad avertendum peccatum; nec enim Deus peccatas illas propulit, ut eas eligendo, sed ut eas metuendo, peccatum vitetur. 2. Recta ratio dicit: fugienda esse hominibus misericordiam maximam, eamque eternam, ac privationem ultimi finis: videturque talis electio vel si non vis elepcionem dicere, quam Dicastillo de penit. disp. 2. art. 10. n. 235, cum Durando putat omnino impossibilem deliberata permisum, vel acceptatio aboluta tanti mali, eis intrinsecè mala, ferè sicut mendacium, quod extra causum erroris, aut perplexitatis eligi nequit.

Euidem celebre est illud dictum S. Anselmi c. 190. de similitudinibus: *Sic hic peccati pudorem, & illinc cernerem inferni horrorem, & necessario uni illorum habentem immergi, prius me in infernum mergerem, quam peccatum in me immitterem; malem enim purus a peccato, & innocens gehennam intrare, quam peccatis forde pollutus celorum regna tenere.* At S. Anselmus non absolute in hoc suo dicto elegit infernum, sed tantum conditionate, & quidem sub conditione impossibili, quod alias necessariò deberet peccare: nos autem loquimur de absoluta voluntate. Dein Dicastillo dubio modo cit. n. 239. putat, hunc S. Doctorem non intellexisse poenas eternas, sed tantum locum inferni, sicut & locum cali: & eoquod statim subjungat: *Cum confiteros malos in inferno torqueris, & solos bonos in celesti beatitudine faveris.*

258. Ob. 12. Si contrito deterstatur peccatum supradictis inferni, debet contritus desiderare, ut detur occasio patienti infernum, ad destruendum peccatum: atqui non debet hoc desiderare: ergo prob. magister dolens de morte filii plus, quam de jactura pecuniarum, habet desiderium, ut detur occasio, recuperandi vitam filii per expensas pecunias: ergo à pari debet simile desiderium habere contritus. Resp. neg. magister potest quis paratus est, mori profide, si detur necessitas pro fide morienti, adeoque magis desiderari apostoliam à fide, quam infernum, quin eam necessariò appetat: adeoque etiam potest contritus magis deterstari peccatum, quam poenas inferni, quin appetat necessitatem subeundi infernum.

Ad prob. dist. ant. talis pater habet desiderium recuperandi filium per expensas pecunias, præcisè ratione doloris, & amo-

ris majoris erga filium, quam erga pecunias, neg. ant. ratione hujus, & alicuius alterius, per quod differt noster casus ab illo. conc. ant. & neg. conf. Contritus per suum dolorē jam sufficienter destruit peccatum, adeoque neceſſe non est, ut optet dari occasiōnem adhibendi medium, preſertim proſtrus difficultissimum; nam medium sufficiens est sola perfecta contritio: &, si hac non est faciliſſima, aut medium fat certō a se proeundrum, superceler alius adhuc medium, fat facile, scilicet sacramentum penitentiae. At vero parenti dolor non reddit filium; quare mirum non est, si parvus sit, expendere pecunias pro ejus vita: si autem tali patri alius medium recuperandi filium est, etiam id defiderium habere non deberet.

259. Querit hic posset, an falcam quis per actum charitatis, seu contritionis, possit absolute velle, potius sufficiere poenas inferni, quam peccare. Resp. cum Suarez tom. 4. in 3. p. disp. 3. sec. 9. n. 5. Josepho Mayr de contritione. q. 4. n. 30. & aliis, id scilicet per se, & extra causum errorum conscientiae, vel extra causum perplexitatis (de quo n. 119.) non posse fieri. Ratio est 1. quia per se loquendo illa perplexio non potest apparere medium urile, ad avertendum peccatum; nec enim Deus peccatas illas propulit, ut eas eligendo, sed ut eas metuendo, peccatum vitetur. 2. Recta ratio dicit: fugienda esse hominibus misericordiam maximam, eamque eternam, ac privationem ultimi finis: videturque talis electio vel si non vis elepcionem dicere, quam Dicastillo de penit. disp. 2. art. 10. n. 235, cum Durando putat omnino impossibilem deliberata permisum, vel acceptatio aboluta tanti mali, eis intrinsecè mala, ferè sicut mendacium, quod extra causum erroris, aut perplexitatis eligi nequit.

Euidem celebre est illud dictum S. Anselmi c. 190. de similitudinibus: *Sic hic peccati pudorem, & illinc cernerem inferni horrorem, & necessario uni illorum habentem immergi, prius me in infernum mergerem, quam peccatum in me immitterem; malem enim purus a peccato, & innocens gehennam intrare, quam peccatis forde pollutus celorum regna tenere.* At S. Anselmus non absolute in hoc suo dicto elegit infernum, sed tantum conditionate, & quidem sub conditione impossibili, quod alias necessariò deberet peccare: nos autem loquimur de absoluta voluntate. Dein Dicastillo dubio modo cit. n. 239. putat, hunc S. Doctorem non intellexisse poenas eternas, sed tantum locum inferni, sicut & locum cali: & eoquod statim subjungat: *Cum confiteros malos in inferno torqueris, & solos bonos in celesti beatitudine faveris.*

260. Nec dicas, Deum posse, hominem extra causum illos constitueri in iis circumstantiis, in quibus deberet eligere infernum; eoquod possit, omnino innocentis eternis illis poenis addicere; cùm sit do-

minus

minus supremus, & de omnibus dicatur Jer. 18. v. 6. *Sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea;* negatur enim, Deum hoc polles; quamvis enim Deus, addicendo innocentem infernalibus flammis, non ageret contra justitiam, ageret tamen contra misericordiam, imò contra suam sanctitatem; cum ex propria determinatione constitueret talem hominem in morali necessitate, desperandi, ac blasphemandi.

Quod autem simus, quasi lutum in manu figuli, etiam in hac providentia verum est, in qua tamen Deus vi fuz promissionis non potest, innocentem ita torque; quare ex eo textu Jeremias non probatur, Deum posse innocentem eternis tormentis afficer: & verba illa prophetæ communiter exponuntur tantum in hoc sensu, quod in libero arbitrio Dei sit, dare hominibus gratias efficaces, vel inefficaces. Nec est partitas inter poenas eternas, & miseras temporales huiusvitæ, quas etiam innocentibus Deus immitit; cum istæ infinites sint minores, & ramen homines per eas infinitam gloriam mereri possint, non autem per poenas eternas.

Dixi, scilicet extra eos causum poenas illas acceptari absolute non posse; nam etiam in his casibus id fieri posse, per actum charitatis, seu contritionis, negant Maurus, Pallavicinus, Thyrus, & ali, quibus accessit P. Josephus Mayr de contritione. q. 4. §. 5. n. 31. quem ibi vide. Similiter etiam videtur, que diximus supra n. 202. Quando autem viri sancti quandoque dixerint, paras te esse, ad potius subeundas poenas inferni, quam admittendum peccatum, in primis eorum voluntas tantum fuit conditionata, sub conditione impossibili: nos autem loquimur de voluntate absoluta: dein tantum voluerunt, his modis loquendi exprimere magnitudinem sui amoris erga Deum, quodque hinc incomparabiliter magis amarent, quam seipso, & in ejus honorem mallent, omnia possibilia tormenta pati, quam ipsum offondere.

ARTICULUS VII.

Qualis non debeat esse Contritio Justificativa.

261. **D**ico 1. Contritio justificativa extra sacramentum, non debet esse summa intensa, seu ex summo conatu elicita. Ita Theologi communissime contra Adrianum, de quo tamen, in revera oppositio teneant, dubitatur à doctissimo quodam recentiore. Notandum autem hic, quod in amore alius sit intensio, alius appretiatio. Ista, seu appretiatio, est estimatio objecti, quæ procedit ex iudicio rationis, sine teneritudine, vel affectione animi, de objecto judicantis, & vi eius objectum tanti, vel taliter estimatur, aut aliis praeferrunt. Intenso autem est quodam teneritudo affectus circa rem amatam, quae oritur ex maiori conatu, vel applicatio-

R.P. Ant. Mayr Theol. Tom. II.

ne potentiz, ad actum eliciendum, vel objectum amplectendum: non tam tam fundatur in majori, vel minori estimatione objecti: sed oritur ex aliis circumstantiis: quæ animum, hic & nunc, tenerius afficiunt: quales circumstantiae e.g. sunt aliqua novitas, suavitatis &c. quanquam hanc suavitatem in tantis faciamus, quanti meritis objecti iterius, quod appretiativè magis amamus.

Hinc, manente eadem estimatione objecti, potest ejus amor intendi, vel remitteri: & si per amorem remissum non fuit objectum aliquod pluris estimatum, quam aliud; neque per amorem intenſum pluris estimabitur; unde optimè simili stat, unum objectum amari magis appretiativè, & minus intensivè: alterum vero magis intensivè, & minus appretiativè. In exemplum communissime solet afferri mater, quæ longè suavius, ac tenerius, diligit filium parvulum, quam natum majorem, quamvis hunc longè magis appretiet, & si unum ex duobus debet perdere, longè facilius perdet minorem, quam majorem, qui e.g. econominam jam seculò administrare juvat: imò contingit quandisque, ut pater equum, vel canem, tenerius, seu intensius, amet, quam filium, non autem utique magis appretiativè.

262. Probatur jam conclusio 1. auctoritate S. Thomæ, qui in supplement. q. 5. a. 3. in corp. sic ait: *Qualibet gratia gratum faciens debet omnem culpam mortalem; quia simul cum ea stare non potest: sed qualibet contritio est gratia gratum faciente informata: ergo, quantumcumque sit parva, delet omnem culpam: & ibi demat: sic ergo dicendum, quod quantumcumque parvus sit dolor, dummodo ad contritionis rationem sufficiat, omnem culpam delet.* Accedit communissima aliorum Theologorum, docentium, contritionem debere quidem esse dolorem appretiativè, non vero intensivè summum.

Probatur conclusio 2. ratione. Inprimis intensio doloris, vel amoris, absolute maxima, probabilitas non est possibilis; quia semper possibilis est perfectior: ergo juxta adversarios tantum requiretur intensio summa, seu maxima, iuxta vires presentis auxilii: sed hanc intensiōnem in primis nec Scriptura, nec Concilia, nec Pontifices, nec Patres (prout communissime ab auctoribus intelligentur) requirunt, sed cuiilibet actui charitatis justificationem attribuunt: insuper necessitas, eliciendi tam intensam contritionem, est effusus gravissimum, quod non probatur: ergo

Minor subsumpta quoad 1. partem, partim supra a. n. 205. probata est, partim probabitur infra solutione objectionum: quoad 2. partem vero, partim etiam probabitur solutione objectionum, partim videtur per se patere: cum negari non possit, eam necessitatem esse onus gravissimum, & vel ex eo durissimum; quod sic homo nunquam posset, moralem aliquam certitudinem, etiam

am notæ inferioris, habere de eo, quod gradum intentionis requiritum attigerit, adeoque debet semper, si vellet esse moraliter securus, summo conatu, novos, & novos, ac magis semper intensos, actus contritionis elicere, præfertim in periculo mortis, & deficiente copia confessari: quod utique durissimum, & anxietatibus plenissimum esset: ergo.

263. Confirm. 1. Juxta sententiam adversarii peccator, qui haberet mille peccata grava, sed minus auxilium gratia, iustificaretur per contritionem minus intensam, quam alius, qui tantum haberet unum peccatum, & maior auxilium gratia: sed hoc non videtur latius credibile: ergo. Confirm. 2. Ad contritionem sufficit ille actus charitatis, quo adimpletur primum mandatum: sed ad hoc non requiritur actus intensus: ergo, si ma. vel mi. negetur, probari debet, plus requiri: inlerp. mi. prob. positivè. Præcepta non præcipiunt actus, de quibus non possumus habere moralem aliquam certitudinem, quod eos elicerimus; alias semper deberemus esse anxiæ de impletione præceptorum: atque de tanta intentione non possumus habere, neque magnam aliquam probabilitatem, multo minus moralem aliquam certitudinem: ergo.

264. Dico 2. Contrito perfecta non debet esse summè intensa comparativa, sive intensio quovis alio amore, vel dolore, alias elicito à penitente. ita communissime Theologi contra Petrum Soto, & perpaucos alios. Prob. conclusio. 1. Etiam ista intensio esset onus gravissimum, & anxietatibus plenum, nec ex Patribus, aut aliunde probatur. 2. Ex sententia adversaria sequeretur, quod peccator, qui hucunque vixit dies letos, non sine plurimi tamen peccatis, adeoque nunquam intensè doluit, facilius iustificaretur, quam alius, qui ob frequentes casus acerbos scepè valde acerbè doluisse, minus tamen peccasset. 3. Multi vix possent tam acerbè quoad intentionem dolere, quam doluerint in casibus acerbissimis mortuorum parentum, liberorum, vel vultatorum bonorum &c. 4. Dolor præteritus, vel futurus, de objecto disparato, impertinenter se haber, nec debet ad eum in contritione attendi: certè, si attendi deberet ad dolorem futurum, vis contritionis effet respectu hominis suspensa, aut saltem incertissima, deberetque is semper timere, ne non postea actus aliquis naturalis doloris intensior eliceretur: quod est prius nimium dicere. 5. Non posset quis unquam, post elicitem tantum contritionem, ullum sacramentum vivorum recipere; quia nunquam posset moraliter cerid judicare, se fuisse statu gratia restitutum: ergo.

Si autem velint adversarii, quod dolor contritionis debeat in sua linea esse tam intensus, vel intensior, quam fuerit voluntas peccati, iterum impugnant omnia rationibus hucusque allatis; nam neque Scriptura, nec Patres, hanc obligationem impo-

nunt. Dein quidam peccatores in peccatis minoribus habent intensorem voluptatem, quam alii in peccatis longè majoribus: multis etiam, præfertim voluptatum illicitarum, vel vindictæ cupidis, vix esset possibile, tam intensum dolorem elicere: nec possent habere ullam etiam notæ inferioris certitudinem moralem, de elicita se contritione: quod utique durissimum, & anxietatibus plenissimum esset: ergo.

265. Dico 3. Contrito non debet habere valde magnum, ac Deo soli cognitum gradum intentionis, sed sufficit, modo sit veritas actus amoris Dei super omnia. ita S. Thomas, citatus n. 262. & communissima aliorum, contra paucos Lovanienses. Conclusio probatur 1. negativè. Opposita sententia non habet ullum firmum fundamentum, & imponit onus gravissimum, ac mille anxietatibus obnoxium: ergo non est admittenda. Probatur inlerp. etiam positivè omnibus fermè rationibus, quas articulo hoc pro prædictibus conclusionibus attulimus; nam Scriptura, Pontifices, Patres, & Concilia, adducta n. 203. cuiilibet contritioni perfecta, sive intensa sit, five non, justificationem attribuunt: & alias conscientiæ patrum reddenter valde perplexæ: nec illi cessare auderent ab actibus contritionis eliciendis, nec auderent, cum contrito e sola accedere ad sacramenta vivorum &c. ergo.

266. Dico 4. Contrito non debet nobiliter durare, sed statim eo instanti, quo primò exigit, iustificat. ita S. Thomas 3. p. 1. q. 89. a. 2. incorp. his verbis: *Motus liberti arbitrii, qui est in justificatione impii, est ultima dispositio ad gratiam; unde in eodem instanti est gratia infusa cum predicto motu liberti arbitrii.* Prob. conclusio omnibus rationibus, quas pro superioribus conclusionibus adduximus; nam illæ etiam pro hac conclusione militant (ut patet consideranti) prædictum argumentum negativum, atque authoritas; num nec Scriptura, nec Concilia, nec Patres, nec Pontifices, ullam durationem requirunt, ut videre est in texibus allatis n. 203. & seq. quibus addi possunt sequentia S. Scriptura, & SS. Patrum effata. *Istia 30 v. 15.* ubi vulgate legit: *Si revertamini, & quiescatis, salvi eritis:* scriptiaginta interpres, quorum lectionem sequuntur SS. Patres, legunt: *Cum conversus ingemueris, tunc salvaberis.* & Ezechielis 33. v. 12. *Impietas impii non nocebit ei, in quacunque die conversus fuerit ab impietate sua.*

267. Similiter omnino loquuntur SS. Patres, ex quibus S. Leo ep. 9. ait: *Misericordia Dei, nec mensuras peccatum ponere, nec tempora definire, apud quem nullas passitur venie moras vera conversio, dicente Spiritu Dei per prophetam: Cum conversus ingemueris, tunc salvaberis.* Cœlestinus L. C. Agnoscimus. 26. q. 6. Vera ergo ad Deum conversio, in ultimis postitorum, mente potius est affirmanda, quam tempore, propria hoc taliter afferente: *Cum conversus in-*

gemueris,

tunc salvus eris. Julius I. C. Si presbyter. 26. q. 6. Vera enim confessio (consequenter & contritio) in ultimo tempore esse potest; quia Dominus, non solum temporis, sed etiam cordis, inspecto est: sicut lare unius momenti penitentia meruit esse in paradijs, in hora ultima confessio. Ubi adverto, vel per confessionem esse intelligendam etiam penitentiam extra sacramentalem, seu contritionem: vel certè huic eandem vim esse attribuendam; neque enim latro in cruce peregit confessionem peccato rum strictè dictam. vide etiam n. seq.

S. Augustinus in enchyrid. c. 65. ait: *In actione autem penitentia, ubi tale crimen commissum est, ut is, qui commisit, à Christi etiam corpore separetur, non tam consideranda est mensura temporis, quam doloris; cor enim contritum, & humiliatum Deus non spernit.* Plura qui caput, aedat Bellarmiñum tom. 3. contr. 4. de penit. l. 2. c. 11. propos. 4. Confirm. Contrito charitate perfecta potest elici in instanti: fed huc sufficit ab obtinendam gratiam, & remissionem peccati: ergo. prob. min. nullaratio suadet, plus à Deo requiri: imd. cum ex eo, quod requireretur certa contritionis duratio (qua certè, quanta eff. deberet, nos latet) orientur innumeræ anxietates, & onera adducta à n. 262. ratio potius suadet, cum non requiri: ergo.

268. Nec dieant adversarii, SS. Patres loqui de penitentia in articulo mortis; nam contrito in articulo mortis non habet majorē vim, quam extra illum: sed ille articulus tantum excusat à precepto confessionis, si quis non potest jam eam obire: ergo contritio etiam extra illum articulum statim iustificat: neque hoc discrimen, inter contritionem in eo articulo, & extra illum, videtur. Bajum abullo esse factum. Nec dicant iterum, Patres loqui de penitentia intra sacramentum; contrà enim est. SS. Patres loquantur de penitentia, præscindendo a confessione; adducunt enim exemplum latronis in cruce: imo, ut Julianus Papa, ita & alii, videtur à penitentia extra sacramentali, e.g. latronis in cruce, argumentari ad sacramentalē. Addit. quod textus Scriptura, quos SS. Patres adducunt, cum jam Iudeis sint dicti, utique non tantum de penitentia intra sacramentum loquuntur.

269. Dico 5. Contrito non presupponit necessariò distinctam recognitionem peccatorum: neque debet in quolibet peccatum cadere distincta contritio, ita cum S. Thomas q. 28. de veritate. a. 5. ad 3. & ad 4. auctores hodierni quoad utramque partem conclusionis: & quoad secundam partem nec antiqui reclamant: quoad primam autem partem aliqui antiqui apud Suarez tom. 4. in 3. p. diff. 4. sec. 6. repugnant: quorū tamen plures explicari possunt, ita, ut dicantur loqui, non de eo, quod contritio per se requirit, sed quod requirit per accidentem: e.g. quando in lege nova elicetur contritio, in ordine ad faciendam confessionem: vel in lege antiqua, quando pro cer-

tis peccatis offerenda erant certa sacrificia.

270. Prob. autem hæc prima pars. Extra casum facienda confessionis necessaria quidem est aliqua in genere cogitatio de fuis peccatis; alia non foret dolor retractatus: at non est necessaria distincta recognitio peccatorum in particulari; nam vel ea recognitio, deberet præcedere contritionem, vel cum ea simul esse, vel eam subsequi: nihil horum requiritur: ergo. prob. min. non requiritur primum; quia Scripturæ, Concilia, & Patres, tantum requirunt penitentiam formalem, quæ etiam dari potest, post confutatio peccatorum suorum memoriam: nec est ultum fundamentum plus exigendi: & alias certè à magnis peccatoribus non post elici contritio, nisi post multum tempus, etiam plurimum dierum, quibus opus est, ad revocanda in memoriam peccata; unde, moribundis præfertim, contritio, est impossibilis.

Nec requiritur secundum, ex iisdem rationibus: quibus adde, non esse credibile, penitentem latronem, vel S. Magdalenam (quorum tamen contritio in exemplum à SS. Patribus proponitur) habuisse distinctam peccatorum suorum memoriam simul cum suo dolore. Nec requiritur tertium; nam easenus est necesse recogitatio illa subfrequens, quatenus contritio includit votum confitendi, adeoque etiam votum examinandi conscientiam, sive recognitandi suotempore distincte peccata: fed propterea non est magis necessaria ista recognitio, quam ipsi confessio: adeoque tantum necessarij erit votum distincta recognitio peccatorum: ergo, sicut nemo dicit, confessionem esse necessariam ad contritionem, sed tantum votum ipsius, ita etiam non est simpliciter dicendum, eam recognitio nem est necessariam ad contritionem, sed tantum contritionem esse votum ipsius, suo tempore faciendo; quare, sicut ob varias causas potest quis excusari, à confessione realiter facienda, ita ob easdem excusari poterit ab inservienda illa recognitio.

Prob. conclusio etiam quoad 2. partem. Si in quolibet peccatum grave deberet cadere distincta contritio, ita estè magnis peccatoribus onus gravissimum, & præfertim, si subante mortis periculo occuparentur, impossibilis, ut facile patet expediti: sed nullum est fundamentum in Scripturis, aut Patribus, nec ulla ratio, adstruendi tale onus gravissimum: ergo. Quia etiam, quando quis vult confiteri, sufficit prius peccata omnia, & singula, in memoriam revocare, per diligens examen conscientiae, actum de omnibus una contritione, ratione motivi ad omnia se extende, dolore, ut est communissima opinio, & in praxi universaliter recepta.

271. Dico 6. Contritio justificativa non debet necessariò excludere peccata venialia. Hoc auctores communiter potius supponunt, quam probent, ut Dominicus Sotus in 4. diff. 15. q. 2. a. 1. Suarez tom.

4. in 3. p. dis. 11. sec. 2. n. 22. Bellarmi-
nus tom. 2. controv. 2. de membris Ecclesie
l. 2. de Monachis c. 13. §. Primum est.
Vasquez tom. 4. in 3. p. q. 87. a. 1. dub. 1.
n. 22. Tannerus tom. 4. dis. 6. q. 4. dub.
1. n. 10. Coninck tom. 2. de sacram. dis.
2. n. 123. Martinus Perez de penit. dis.
10. sec. 5. tr. 8. Layman l. 5. tr. 6. c. 4.
13. Fillius tr. 6. c. 5. n. 114. & 115.
Amicus tom. 8. de penit. dis. 6. n. 40.
Lugo de penit. dis. 9. n. 15. Dicatillo tr.
8. de penit. dis. 2. n. 368. Pallavicinus l.
7. de penit. c. 8. n. 95. Rhodes tr. 9. de
penit. dis. 1. q. 3. sec. 3. §. 1. Gormaz de
penit. n. 278. & 280. & plures alii, ut a-
deò immorito videatur hoc in dubium vo-
care Gervasius Brisacensis tom. 6. tr. 5. de
penit. dis. 1. n. 46. ubi se referit ad tom.
4. tr. 4. de virtut. Theol. dis. 3. n. 45. &
ait. Arriagam petere, ut contritio exclu-
dat peccata venialia; cum tamen iste tom.
8. de penit. dis. 8. sec. 2. n. 12. expresse
doceat, id non requiri. Quamvis autem
unus, aut alter auctor, nobis contrarius sit,
id non obest communione opinioni.

272. Prob. autem conclusio 1. hac i-
psa communissima autoritate, quæ maxi-
mi ponderis est, in materia hac dogmatica,
quæ tota pender à voluntate Dei, quâmque
debemus per revelationem, vel auctorita-
tem cognoscere. Probatur 2. ratione Ad
contritionem non requiritur amor inten-
sissimus, vel perfectissimus (qui utique non
est compotibilis cum peccatis venialibus)
sed tantum requiritur amor, quo impletur
quoad substantiam primum mandatum, dilig-
endi Deum super omnia, seu ex toto corde,
ut magis patet ex infra dicendis: talis
autem amor est actus, qui quidem non ipse
adhuc obiecto venialiter malo (alii ipse
est intrinsecus malus, & non est actus
Theologicus) sed tamen stare possit cum a-
lio actu, tale obiectum amplectente, adeo-
que venialiter peccaminoso: ergo.

Confirm. 1. Peccata venialia non sunt
opposita legibus amicitiae inter Deum, &
hominem, nec excludunt amicitiam Dei:
ergo non debent etiam ipsa necessariò excludi
ab amore amicitiae, seu contritione justifi-
cativa. Confirm. 2. Juxta adversar. sen-
tentiam communis hominum fors non faciliter
elicet contritionem justificativam; quia
homines, communis virtute contenti, non ita
facile efficaciter excludunt omnes affectus
venialiter malos: & quamvis parati sint, ad
observanda mandata gravia, non semper ita
parati sunt ad levia quaque implenda, seu ad
res quasvis (ubi levia pracepta) atamen homi-
nibus imperfectis fatis difficiles, adimplen-
das; hinc dunque est discrimen inter actum
contritionis, requisitum, praeceps ad justifi-
cationem, & alium requisitum ad indulgen-
tias plenarias lucrandas.



ARTICULUS VIII.

Solvuntur Objectiones.

273. O B. 1. contra 1. conclusio. Scri-
ptura exigit summa intentionem doloris ad con-
tritionem: ergo necessaria est illa inten-
sio. ant. prob. Michæl. 4. v. 10. dicitur:
Dole, & fatigare filia Sion, quasi parti-
riens. & psalm. 37. v. 9. Ragibem à ge-
mitis cordis mei. ergo. Confir. 1. Scriptura
reprehendit actus remissos; nam dicitur.
Apocal. 3. v. 16. Quia repudias es, & nec
frigidus, nec calidus, incipiens te evome-
re ex ore meo: ergo contritio non potest sta-
re in actu remissio. Confir. 2. Pœnitentia de-
bet esse ex toto corde, tota fortitudine, &
totis viribus: ergo debet esse summa inten-
sio. Relp. neg. ant. ad prob. neg.
conf. Scriptura plus non exigit, quam
appreciationem summarum, & actum chari-
tatis, qui impletat leges amicitiae: ceterum
ali quando suaderet, & consiliter intentionem
doloris, ut utilem ad tollendam etiam pœ-
nam temporalem, vel in toto, vel in par-
tem, sed non ut necessarium: aliquando
autem tantum resert, quid sancti viri fecer-
int, non quid absolute necesse sit facere.
Ad 1. confir. dist. ant. Scriptura repre-
hendit actus remissos, hoc est, negligentes.
con. ant. tantum carentes intentione. neg.
ant. & conf.

274. Ad 2. confirm. neg. conseq. Ver-
ba illa ex toto corde &c. ponuntur in Scri-
pturis, quando explicatur primum manda-
tum, seu præceptum charitatis: & quam-
vis non sint verba prorsus eadem apud o-
mnes Evangelistas, ut observat Bellarminus
tom. 2. controv. 2. de membris Ecclesie l.
2. de Monachis c. 13. §. Deinde Matthæus.
tamen, ut habet idem Cardinalis ibidem §. an-
teced. & Cornelius in Deutron. c. 6. v. 5. §.
Tertio unum, idemque significant, & tantum
adhibentur ad indicandam maiorem energiam:
cum certè 3. Regum 14. v. 8. dicit Deus de
David: Secutus est me in toto corde
suo: & 4. Regum 23. v. 25. dicitur de Jo-
sua: Similis illi non fuit ante eum rex, qui
reverteretur ad Dominum in omni corde
suo, & in tota anima sua, & in univer-
sa virtute sua: nec tamen, ut ait Bellar-
minus cap. modo cit. §. Præterea, quisquam
auderet, Josiam anteponere Davidi. Qua-
re, ut auctores gravissimi magna cum ra-
tione tradunt, istud toto corde, vel to-
totis viribus, tantum significat maximum
appreciationem, seu primam curam, ac flui-
dum, quo homo in aliquid fertur: & sic
dicitur 2. Regum 15. v. 13. Tota corde u-
niversus Isræl sequitur Absalom, & Gen. 31.
v. 6. dixit Jacob uxori suis: Ipse nôstris
quod totis viribus meis servierim patri ve-
stro: quin his locis significetur summa inten-
sio.

275. Ob. 2. ex SS. Patribus. S. Cy-
prianus, serm. de lapsis sub finem ait:

Quam

Qualis non debeat esse Contritio Justificativa.

69

Quam magna delinquimus, tam granditer
descamus: alto vulneri diligens, & lon-
ga medicina non defit: pœnitentia criminis
minor non sit: & S. Augustinus, citatus n.
267. ait, considerandum esse menuram dol-
oris, scilicet intentionem: ergo, Relp.
neg. conf. S. Cyprianus sermone illo ele-
gantissimo loquitur de iis, qui metu ty-
rannorum idola coloure: quos ait, ante
pœnitentiam non debet accedere ad sacra
communionem. Addit, non fatis es-
te, si à martyribus, vel confessoribus, re-
cipiantur in communionem; cum marty-
res non semper habeant potestatem ita re-
cipiendi, neque possint contra Evangelium
mandare, ut sine pœnitentia recipiant la-
psi: innuit insuper, satisfaciendum etiam
esse Ecclesie, & pœnitentiam propterea a-
gendam.

Tandem ferme sub finem subjungit
textum objectum, qui tamen tantum est
adhortativus, nec ullatenus probat, dolore
intensum esse necessario requiritum, ad
justificationem tantum internam; quanvis enim
ad absolutionem ab excommunicatione
impetrandum, vel etiam ad satisfaciendum
Ecclesie, per scandalum laicæ, vel etiam ad
satisfactionem sacramentalem, non statim
sufficiat quævis contritio perfecta, non se-
quitur, eam non sufficeret præcise ad julti-
ficationem interiorum. Eodem modo ex-
plicandus est S. Augustinus; quia etiam ibi
scilicet enchyrid. c. 65. subjungit, quod re-
git ab Ecclesia etiam contritis injungantur
adhuc aliæ pœnitentie, ut satisfiat quoque ipsi
Ecclesie, cui occulcus, sive non semper plenè
perspectus, est dolor pœnitentis: quod au-
tem, ad justificationem præcise internam,
non sufficiat dolor appreciativè summus,
si non sit etiam summus intensivè. S. Augusti-
nus ibi non docet, neque ex antecedentiis,
aut ex consequentibus, id colligi pos-
tum.

276. Ob. 3. S. Ambrosius ad virgi-
nem corruptam, seu lapsam c. 8. seu utili-
mum scribit: Quanta putas, & qualis est
necessaria pœnitentia, que, aut aquæ eri-
men, aut certè excedat? Hugo de S. Vi-
ctorie de sacramentis Christianæ fidei l. 2.
part. 14. c. 2. ait: Si in correctione minor
est afflictio, quam in culpa suis delectatio,
non est dignus pœnitentia tua fructus: ergo
Relp. Liber ad virginem lapsam non
est S. Ambrosij, ut observat Bellarminus
de script. Eccles. obseru. in opera S. Ambro-
sij; quia est liber cit. c. 8. continet ero-
rem Novatianum, quod scilicet peccato-
rum, contra Deum propriè commissorum,
venia non possit ab alio dari, quam à solo
Deo.

Dein, si quis omnia, que ibi dicun-
tur, deberet facere ad habendam justifi-
cationem, deberet nuncium remittere facu-
lo, & semper in cinere, & cilicio, jeju-
nio, & fetu, usque ad ultimum vitæ di-
em hærcere; quare neque est auctor, quiscumque
sit, loquitur tantum de remissione cul-
pæ, sed etiam de remissione pœna: nec
tantum docet ea, quæ absolute necessaria
sunt, sed suaderet etiam utilia. Hugo au-
tem de S. Victore distinguat inter pœnitentia
& fructus pœnitentia: & hos non
cessit esse necessarios, ad remissionem cul-
pæ, sed pœna, de qua ibi ei est fermo:
quod constat ex c. seg. seu 3. ubi docet,
etsi quis non fecerit latis fructuum pœnitentia
seu nondum tantam pœnitentiam,
qua extinguit omnem pœnam, esse adhuc
purgatorium ignem in altera vita: Ma-
gnum est, inquit, si in hac vita incipere
peccatis, etiam si non perficias; nam & post
mortem ignis quidam purgatorius dicitur,
ubi purgantur, & mundantur, qui hie
corrigi cœperunt, & non perfecerunt.

277. Ob. 4. Tridentinum sess. 14. c.

2. requirit in pœnitentia magnos fletus, &
labores: ergo requiritur intentio. Relp.
dist. ant. requirit eos tantum ad delendam
culpam, neg. ant. ad delendam pœnam o-
mnem, etiam temporalem. conc. ant. &
neg. conf. Distinctus ibi Concilium effec-
tum baptismi, ac pœnitentia, atque, per
illum nos consequi plenam, & integrum re-
missionem, & novam omnino creaturam
fieri, hoc est, omnino mundam, ita ut
si quis tunc moreretur, nihil illum ab in-
gressu cali remoreretur, ut eadem Syno-
dus prius sess. 5. can. 5. definierat. At ve-
ro loco objecto ait: Ad quam tamen novi-
tatem, & integritatem, per sacramentum
pœnitentie, sine magnis nostris fletibus
& laboribus, Divina id exigeante justitia,
pervenire nequaquam possumus: nos au-
tem non dicimus, per quamlibet contriti-
onem perfectam liberari hominem etiam à
pœna temporali: sed tantum ab æternâ.

278. Ob. 5. Catechismus Tridentini,

sive Romanus de sacraen. pœnit. titulo.
Contritionis propria vis, & efficacia. ait:
Summum vero, & maximum dolorem ex
peccatis, que commissa sunt, suscipiendum
est, ita, ut nullus major excogitari pos-
sit &c. & inferius de eadem contritione ait:
Sit præterea non solum maxima, sed
vehementissima, atque adeo perfecta, o-
mnemque ignoriam, & sororiam excludat.
Postea titulus. De confessione, sacramentum
pœnitentie altera parte &c. sic docet. Ut
enim hoc concedamus, contritione peccata
deliri, quis ignorat, illam adeo vehementem,
acrem, incensam esse portere, ut dolos
acerbitas cum scelerum magnitudine
equari, conferrique possit? At quoniama
pauci ad hunc gradum pervenirent, siebat
etiam, ut à paucissimis, hac via peccato-
rum venia speranda esset: ergo contritio,
extra sacramentum justificativa, debet esse
valde intensa. Respondet non malus qui-
dam recentior, cum hic Catechismus sit
editus iussu S. Pij V. qui propositiones Ba-
janas primus confixit, non esse credibile,
in eo doeri, quod contritio, involvens
verum actum charitatis, quamvis non in-
tensum, possit stare cum peccato gravi;
unde concessis his textibus neg. conf. nil
enim

13